Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



90

Interrupit petram in heremo. & ad aqua uit
eos uelut in abysso multa.
Et eduxit aquam de petra. & deduxit tanquam
flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei. in ira excita
uerunt excelsum in inaquoso.
Et temptauerunt dm̄ in cordibus suis. ut peti
rent escas animabus suis.
Et male locuti sunt de dō. dixerunt nunquid
poterit ds̄ parare mensā in deserto.
Quoniam percussit petram. & fluxerunt aquae.
& torrentes inundauerunt.
Nunquid & panem poterit dare. aut parare
mensam. populo suo.
Ideo audiuit dn̄s & distulit. & ignis accensus ē
in iacob. & ira ascendit in israhel.
Quia non crediderunt in dō. nec sperauerunt
in salutare eius.